



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

LXVII. Die Markgrafen Otto und Albrecht verleihen dem Kloster Lehnin das
Borsebruch und verschiedene Besitzungen, am 1. April 1273.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

LXVI. Bischof Heinrich von Brandenburg verordnet, daß das Kloster Lehnin dem Pfarrer zu Päwesin für die Zehnthebung aus Möseritz jährlich 4 Talente zu geben hat, im Jahre 1270.

De IV talentis dandis plebano in Polyn super festum natiuitatis Christi pro restauro fructuum decimarum ville Moseriz, H. episcopus Brandenburgensis Anno 1270.

Altes Btz. Lehniner Urkunden. — Gercken VII, 340.

LXVII. Die Markgrafen Otto und Albrecht verleißen dem Kloster Lehnin das Borsebruch und verschiedene Besitzungen, am 1. April 1273.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ut ea que aguntur in tempore, ne simul cum tempore dilabantur, poni solent cum linguis testium atque scriptis auctentivis perhennari, ut si necesse sit, in eis memoria iocundetur. Hinc est quod nos Otto et Albrechtus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, notum facimus uniuersis tam presentibus quam futuris et tenore presentium publice protestamur, quod nos ecclesie fratrum Ordinis Cisterciensis in Lenyn bona dedimus infra-scripta cum omni utilitate, proprietate atque iure, sicut nos ea habuimus et sicut eadem progenitores nostri suo tempore possederunt, propria et perpetuo possidenda: siluam, que vocatur Borsebruch, stagnum quod dicitur Morsee, mediam partem stagni Retitz (al. Ritz), duos choros in villa pernitz et duos mansos in villa Smergow. Hujus nostre donationis testes sunt Geuehardus de Alvensleue senior, Heynricus de Wodenswege, Heynricus de Grobene, Arnoldus de Jagowe, Arnoldus Wegerus, ulricus de konnigismarke, Hermannus de Carpfowe, nostri milites et fideles. Ut autem predicta nostra donacio per nos et fratrem nostrum Ottonem minoribus adhuc annis et per succedentes nobis heredes nostros permaneat in perpetuum inconvulsa et inuolabilis perseueret, presens scriptum ex certa nostra consciencia sigillorum nostrorum appensione fecimus roborari. Actum et datum in Plawe, anno domini M^o. CC^o. LXXIII. XV Kalend. aprilis.

Nach einer Copie aus dem Lehninschen Actenbuche, berichtigt nach einer Abschrift in Seidells Handschr. Sammlung.

LXVIII. Die Markgrafen Otto und Albert verkaufen dem Kloster Lehnin die Dörfer Wendisch-Krenz, Boshow und die wüste Feldmark Oberzlaw, am 9. Juni 1275.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Varietas temporum multitudoque tractatum ita hominum infirmant memoriam, vt necesse sit, quod adiuuetur voce testium ac testimonio litterarum, ut si qua de hiis que aguntur debeat obliuio recursus ad scripture testimonium habeatur. Inde igitur est, quod Nos Otto et Albertus, dei gracia marchiones Brandenburgenses, Notum facimus uniuersis presentibus et futuris tenore presencium protestando, quod Ecclesie sancte Marie in Lenyn et fratribus ordinis Cisterciensium ibidem Deo seruientibus vendidimus villas, Slaucam